

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Penitencia ag  
cum fonte primo

Quid leuius onere quod non solum  
non onerat sed portat omnem cui  
portandum imponitur?

Mirum opus nature! Vnde grossescit  
materia, inde sarcina leuigatur; et  
quantum crescit in massa, tantum  
decrescit in pondere.

Bernardus in epistola LXXII.

Quid eo levius onere, quod non solum  
non onerat, sed et portat omnem, cui  
portandum imponitur?

Hoc onus uterum potuit gravidare  
virgineum, gravare non potuit. Hoc onus  
ipsa, quibus se praebuit sustentandum,  
senis Simeonis brachia sustentabat. Hoc  
etiam Paulum, in gravi licet et  
corruptibili corpore positum, rapiebat  
usque ad tertium caelum. Quaero in  
rebus si quid forte huic exoneranti oneri  
simile inveniam, et occurrit mihi de  
pennis avium, quod utcumque coaptem:  
quae quodam videlicet singulari modo,  
et corpulentiorem reddunt substantiam,  
et agiliorem.

Mirum opus naturae! Unde grossescit  
materia, inde sarcina levigatur, et  
quantum crescit in massa, tantum  
decrescit in pondere.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 72,  
2 (SBO 7, J. Leclercq, C.H. Talbot,  
H.M. Rochais eds., p.176, ll.14-22).